

Sequentie.

pro nobis. Secūda ibi. Auro per eū. Tercia ibi. Nos qui sumus Et hi-
mologiā huius nois Nicolaus videre potes vna cum historia vite sue ⁊
miraculis in passionali sanctoꝝ. vbi illa q̄ hic tangūtur copiosius ⁊ longi-
us habent̄. Etiā cōstructio satis facilis est. quare ad vocabula descenda-
mus. Exultare est cū saltu quodā siue motu corporis letitiaꝫ ostendere.
Solēnia festiua. i. celebria festa. Solēnis. i. celebris. scribitur per duo. nn.
qꝛ ab annus venit. Aliqui per duo ll scribūt hac rōne. qꝛ ſm eos venit a
soleo. qđ est p̄ma breuis. ⁊ sic vt fiat p̄ma longa sicut semꝑ inuenit̄ volūt
ll duplicari. Alij dicūt ꝙ venit a solus. ⁊ sic nō oportꝫ l geminari. qꝛ solus
est prima longa. In prosa parum refert. in metro scribit quisqꝫ prout sibi
melius videbitur Cuna vel cunabulum est lectus pueroꝝ infantium
Papille sunt capita māmarū vnde scꝫ lac trahitur

Alienus ⁊ immunis ab omni lasciuia. Felix confessor. cuius
fuit dignitatis vox de celo nūcia. Per quā ꝓuectus presula
tus sublimatur ad summa fastigia. Erat in eiꝰ animo pietas
eximia. et oppressis impendebat multa beneficia

¶ Construe. Felix ꝯfessor. alienus). i. remotus (⁊ īmunis). i. expers (ab
omī lasciuia). i. libidine (dignitatis). i. excellentie (cuiꝰ) sᵉ p̄sulis (vox de
celo) sᵉ audita (fuit nūcia ꝑ quā) vocē (ꝓuectus). i. ꝓmotꝰ (sublimat̄). i.
extollit̄ (ad summa fastigia). i. dignitates (p̄sulatꝰ). i. ep̄atꝰ. Fastidiū. i.
tediū. sed fastigiū ꝓprie est altitudo. ⁊ trāssumit̄ ꝓ dignitate in aliq̄ ordi-
ne. (Pietas). i. ꝯpassio. Pij dicūtur ꝓprie erga deū ⁊ parētes. ⁊ trāslatiue
ad alios (eximia). i. excellēs (erat in aīo eiꝰ) sᵉ pōtificis (⁊ impēdebat). i.
exhibebat (oppressis) sᵉ ꝯtra iusticiā (multa bn̄ficia) id est opera pietatis
De istis plura exempla sunt in legenda ipsius beati Nicolai

Auro ꝑ eum virginū tollitur infamia. atqꝫ patris earūdē le-
natur inopia. Quidam naute nauigātes ⁊ ꝯtra fluctuū seui-
tiam luctantes naui pene dissoluta. Jam de vita desperātes
in tanto posite periculo clamātes voce dicūt oēs vna

¶ In hac secūda ꝑte tāgūtur tria Primū est de sublata ꝑ sanctū nicolaū
infamia virginū. Scđm est de nautis ꝯstitutis in magno periculo maris
quos beatus nicolaꝰ miraculose eripuit. vt hic pꝫ. Terciū est de tumba se
pulcri sancti nicolai. qꝛ de eius ossibꝫ in illa tūba reclusis manat siue stillat
oleū ꝯtra plurimos languores saluberrimū. Scđm ibi Quidā naute na
uigātes. Terciū ibi. Ex ipsius tūba. Circa vocabula aduertendū (Infa
mia). i. diffamatio q̄ timebat̄ futura. Infamis đr ille q̄ famā suam ꝑdidit
q̄si sine fama. Et sic illa p̄positio. in. priuat (leuat̄). i. releuat̄. Metaphora
est tracta ab eo qui cecidit. ⁊ ei succurrit̄ vt surgat (inopia). i. indigētia vel
pauꝑtas (fluctuū seuiciā). i. ꝓcellaꝝ violentiā (luctātes). i. laborātes vel
resistentes (pene). i. q̄si (dissoluta). i. est fracta (periculo). i. anxietate. Pe-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-823/0278
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG